

BX 1757
L 547
7
845

THEOLOGIA MORALIS.

LIBRI SEXTI TRACTATUS SEXTUS.

CAPUT III.

De Impedimentis Matrimonii.

978. Impedimenta alia sunt Impedientia, alia Dirimentia. — 979. An Ecclesia possit constituere impedimenta dirimentia? — 980. Quis possit ea constituaere? Dub. 1. An Episcopi? — 981. Dub. 2. An impedimenta dirimentia apposita ab Ecclesia obligent infideles?

978. — « DUPLEX generis sunt impedimenta: quædam illicitum tantum, alia insuper irritum Matrimonium reddunt. » Priora dicuntur impedientia, posteriora dirimentia.

979. — Non dubitant Hæretici nostri temporis posse Ecclesiam constituere impedimenta Matrimonium impedientia; ant tamen posse constituere dirimentia. Sed Conc. Trid. sess. 24. Can. 4. sic statut: *Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in his constituendis errasse, anathema sit.* Nec obstat dicere, quod Ecclesia nequit invalida reddere Sacraenta instituta à Christo Domino, quando celebrentur cum debita materia et forma. Nam resp. quod Sacramentum Matrimonii subsistit in illius contractu; quare, etsi Ecclesia Sacramentum invalidare non possit, potest tamen ob bonum commune spirituale, ratione cuius supremam habet potestatem super populum Christianum, invalidare contractum, sine quo Sacramentum minime conficitur.

980. — Hanc autem facultatem indicendi impedimenta dirimentia, certum est habere Summum Pontificem, et Concilium Generale auctoritate illius confirmatum.

Sed dubitatur 1. an habeant illam etiam Episcopi ex potestate ordinaria in suis Diœcesibus? Attento jure naturæ, affirmant Sanch. l. 7. D. 1. n. 9. Pont. l. 6. c. 1. n. 12. item Sot. Trull. Bonac. et alii ap. Salm. c. 11. n. 8. Ratio, quia Episcopi possunt in suis diœcesibus, quod Papa potest in Ecclesia



FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

universalis, nisi aliquid Pontifex sibi expressè reservet, ut sentiunt *Sotus de Just.* l. 10. q. 1. a. 3. in fin. ad 2. *Pont.* l. 6. c. 1. num. 12. *Cabass.* T. J. l. 1. c. 8. 6. cum. *Panorm.* et *Jo. Andr.* ac. *Sanch. de Matr.* l. 1. D. 62. num. 3. cum *Abul. Arag.* *Victor Coo.* *Perez.* *Hurt.* *Henr.* *Majol.* *Verarc.* et aliis; exceptis tamen iis quæ pertinent ad statum universæ Ecclesiæ, prout est res *Fidei* definire. Negant verò *Suar.* t. 5. D. 7. Se. 4. n. 5. *Lug.* R. mor. l. 1. D. 45. et *Salm.* n. 9. cum *Con. Dian.* *Perez.* et *Dic.*, quia res maximi momenti non sunt decernendæ, nisi à Suprema Sede. Cæterum ipsi *Sanch.* et *Pont.* fatentur, quod, esto nulla sit lex prohibens Episcopis inducere impedimenta dirimentia, id tamen vetitum est ex inveterata consuetudine. Sed præter hanc consuetudinem, refert *Bened.* XIV de *Syn.* l. 8. c. 10. n. 2. *Urb.* VIII suo Decreto approbasse Declarationem S. C. ubi id expressè vetitum fuit, ac insuper Pontificem præcepisse, ne in posterum hoc in dubium revocatur.

981. — Dubit. 2. An impedimenta dirimentia ab Ecclesia assignata obligent Infideles? Resp. cum *Sanch.* ibid. n. 3. *Salm.* n. 10. *Bec.* *Avers.* etc. tantum obligare infideles viventes in locis Summo Pontifici temporaliter subjectis, cum ibi universaliter adstringantur legibus contractuum; secus, si alibi degant.

DUBIUM I.

Quæ sint impedimenta impedientia tantum.

982. Quæ reddit Matrimonium illicitum? I. Ecclesiæ vetitum, scil. prohibiti Episcopi, etc. — 983. II. Tempus feriarum, quo prohibentur solemnitates, Benedictio, etc. — 984. Dub. 1. An tunc liceat consummari? Dub. 2. An liceat consummari ante Benedictionem? — 985. III. Catechismus. IV. Crimen, scil. incestus, raptus, uxoricidium, etc. V. Sponsalia. — 986. VI. Votum castitatis, art Religiosis. Dub. 1. An Episcopus possit dispensare in voto castitatis emiso post Matrimonium? — 987. Dub. 2. An in voto emiso ante Matrimonium, ad debitum petendum? An id possint Mendicantes? Dub. 3. An aliquando Episcopi, etiam ad Matrimonium contrahendum? — 988. Impedit etiam Matrimonium, I. Clandestinitas II. Omissione Benedictionis. — 389. III. Omissione Denunciationum. — 990. Dub. 1. An pecet graviter Parochus eas omittens, si aliunde sciāt non esse impedimentum? Et quod dicitur de obligatione Denunciationum ante Matrimonium, idem dicitur post illud. Quid, si una tantum Denuncatio omittatur? — 991. Dub. 2. An Denunciations facienda in Ecclesia, et in Missa? Dub. 3. In qua Parochia debent fieri? — 992. Dub. 4. In quibus diebus festivis. Et an aliquando possint fieri in diebus ferialibus? — 993. Quando sint repetendæ? — 994. De obligatione denunciandi impedimenta. — 995. Dub. 1. An teneatur denunciare impedimentum qui illud probare nequit? — 996. Dub. 2. An unus testis impedimentum impedit Matrimonium. — 997. Requisita, ut talis testis impedit. — 998. Dub. 3. An sufficiat unus testis, si sponsalia fuerint jurata?

— 999. An fama impedit Matrimonium. Quid si Judex privatam habuerit notitiam famæ, aut ipsius impedimenti? — 1000. An contrahens teneatur impedimentum fateri? — 1001. Quid debeat agere Parochus cognito impedimento? — 1002. Dub. 1. An Parochus teneatur impedire Matrimonium, si ipse solus noverit impedimentum? Dub. 2. Quid si Ordinarius solus sit impedimenti conscius? — 1003. Qui possit dispensare in Denunciationibus? — 1004. An Episcopus, et ob quam causam? — 1005. Causæ ob quas Episcopus tenetur dispensare. — 1006. Causæ ob quas non tenetur, sed potest dispensare. — 1007. Dub. 1. An possit dispensare Vicarius Generalis? Dub. 2. An aliquando Parochus possit dispensare, aut saltem declarare?

982. — « RESP. Præter peccatum mortale, et excommunicationem, sex potissimum reddunt Matrimonium mortaliter illicitum, scilicet.

« I. Ecclesiæ vetitum, II. nec non Tempus feriarum; III. Atque Catechismus, IV. Crimen, V. Sponsalia, VI. Votum,

« Impedient fieri, permittunt facta teneri.

« Dicitur I. Vetitum, id est prohibiti Ecclesiæ, quæ fit ab Episcopo, vel Parocho, ob dubium impedimenti alicujus, vel inhabilitatis inter copulandos. Vide *Bon.* qu. 1. p. 14. n. 1. » (Et tunc Sponsi contrahendo graviter peccarent; leviter tamen, si prohibiti sit ob venerationem alicujus festi, *Salm.* c. 14. n. 1.) *

983. — « Dicitur II. Tempus feriarum, quod secundum Trid. sess. 14. c. 10. de reform. incipit nunc ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam inclusivæ: et à die Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivæ. Quo tempore non prohibetur ipse contractus, aut ejus consummatio, sed tantum nuptiarum solemnitates, ut est Benedictio nuptiarum, solemnis sponsæ in domum sponsi traductio, solemniora convivia, et tripudia, etc » (Sed hæc non sub gravi, nisi excessus sit magnus: inò, si fian. moderate, nulla erit culpa, ut ait *Sanch.* l. 7. D. 7. n. 18.) *

« Neque Trid. sess. 24. c. 1. prohibet matrimonium consummari ante benedictionem, sed tantum hortatur, ne fiat. Vide *Bon.* l. c. *Sanch.* l. 7. d. 7. *Con.* d. 30. *Fill.* t. 10. p. 2. c. 9

» M. Per. d. 43. s. 10. n. 7. » (V. Not. I, pag. 329.)

984. — Dubit. 1. an liceat consummari Matrimonium tempore feriarum? Negant *D. Th.* in 4. D. 32. art. 7. q. 4. *Fagn.* in c. *Capellanus de Feriis* n. 6. item *S. Anton.* et plures Canonistæ ap. *Sanch.* l. 7. D. 7. n. 21. et probant ex c. *Nec uxorem* q. 4. ubi eo tempore interdicitur uxoris traductio; ex quo inferunt interdici etiam usum conjugii, quia propter hunc traductio prohibetur. Sed verius affirmant *Sanch.* l. c. n. 23. *Pont.* l. 6. c. 8. n. 9. *Bellar.* l. 1. de *Matr.* c. 31. circa fin. et fusè N. SS. P. *Bened.* XIV. *Notif.* 80. n. 17. cum *Diana*, *Croix*, *Bon.* *Pignatel.* *Perez.* *Fill.* *Monac.* et aliis; idque confirmat ex quadam Declarat. S. C. edita die 10 Jun. 1684. ubi dictum fuit permissam esse temporibus vetitis traductionem Sponsæ ad domum

Sponsi, modò fiat absque solemnitatibus. Et ratio est, ut ait præfatus Benedictus, quia non sunt imponenda certa onera, ubi manifesta lex non adest illa præscribens. Ad Canones autem qui opponuntur, respondet idem Pontifex eos consiliis esse, non præcepti. Hinc refert Van-Espen reprehendentem Canonistas, qui nimis addicti rigorosis antiquorum Canonum expressionibus, in præceptum reduxerunt, quod potius erat consilii.

Dubit. 2. an liceat consummare Matrimonium ante Benedictionem sacerdotalem? Negant plures, quorum alii dicunt esse tantum veniale, ut *Caj. Soto, Coparr, Led. Henr. etc. ap. Boss. de Matr. t. 1. c. 9. n. 11.* Alii tenent esse mortale, ut *Conc. p. 302. n. 16. ac. Palud. Gulielmus, et Rosell. ap. Escob. l. 25. n. 238. et S. Ant. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 1.* qui putat Conjuges toties peccare tunc mortaliter, quoties coeunt. Id probant ex pluribus Canonibus, quos affert *Sanch. l. 3. D. 12. n. 1.* Probabilius tamen, et communius dicunt nullum esse peccatum. *Nao. Man. c. 22. n. 83. Pont. l. 5. c. 2. n. 3. Laym. c. 4. n. 12. Salm. c. 8. n. 80. Viva qu. 4. art. 4. n. 6. Pal. p. 13. §. 5. n. 8. cum Con. et Led. Escob. n. 943. cum Vill. Ochag. *Sanch. l. c. n. 7. cum Palac. Veracruz, Philiarch. etc. Boss. l. c. n. 12. cum Bellar. Barb. Gutt. Fill. etc.* Idemque docet Bened. XIV eadem *Notif. 80. n. 17. Probatur 1. ex. c. Nostrates. 30. qu. 5.* ubi expressè dicitur id nullum esse peccatum his verbis: « Sicque demum benedictionem, et velamen celeste suscipiunt. Peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus. » Probatur 2. Trident. sess. 24. c. 1 ubi: « Præterea eadem S. Synodus hortatur, ut Conjuges, ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent. » Per tò hortatur clare denotat Concilium id esse consilii, non præcepti. Et idem habetur ex Rituali Rom. de Sacram. Matr. ibi: « Moneat Parochus Conjuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque Matrim. consumment. » Cuique patet, monitionem non importare præceptum. Conveniunt tamen omnes, quod omissione absoluta Benedictionis non excusat saltem à veniali: vide dicenda n. 988. v. Secundum.*

985. — « Dicitur III. *Catechismus*: Quod impedimentum contrahitur ab eo, qui respondet pro infante, quando suppletur cæmoniæ post baptismum collatum in necessitate. (Dicitur tamen *Salm. c. 14. nu. 3. Catechismum esse illam professionem Fidei, quæ ante Baptismum fit nomine baptizandi. Sed hoc impedimentum probabilis est sublatum per Trident. ut Salm. l. c. cum Pal. etc. Et sic decisum à S. C. refert Diana 3. p. de Sacram. R. 26.) * Sed videtur sublatum per Trid. secundum *Sanch. Fag. Conin. Fill.* qui ideo monent Parochos, ut in libro distinguant patrinos Catechismi à patrinis Baptismi. V. Bon. l. c.*

* Dicitur IV. *Crimen*, ut 1. Incestus cum consanguinea conjugis in primo, vel secundo gradu, scienter admissus (qui im-

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII. DUB. I.

pedit matrimonium cum quacunque alia persona: vide *Perez. d. 23. s. 5.*) vel cum propria matre, vel filia. 2. Raptus alienæ sponsæ. 3. Uxori cidium. 4. Presbytericidium. 5. Susceptio propriæ prolis ex Ba ptismo, ad impediendam redditionem debiti. 6. Publica pœn tentia, quandiu durat. 7. Matrimonium cum Moniali. Verùm hæc per non usum sunt sublata: Vide *Laym. h.c. cap. 15. ex Nao. Sanch. l. 7. d. 16. Con. d. 30. d. 3.* * (Sic etiam *Conc. p. 342. n. 15. et Salm. c. 14. num. 15. cum Sanch. et communis: excepto voto, interdicto, et sponsalibus. Episcopus autem tantum in interdicto potest dispensare, Salm. ib. n. 16.) **

« Dicitur V. *Sponsalia*, scil. cum una contracta, et non dissoluta. *Con. d. 30. d. 3. Sanch. Fill. Bon. l. c. n. 5.*

986. — « Dicitur VI. *Votum*, scilicet simplex sive castitatis, sive religionis, sive non nubendi. » Vide *Sanch. l. 5. d. 13. Regin. l. 31. c. 24. nu. 184. Bon. l. c. num. 7.*

Notandum hic, quod votum Religionis, aut castitatis absolutum non potest ab Episcopo dispensari ante Matrimonium; secus si fuerit conditionale, aut pœnale, ut dictum est *de Votol. 3. n. 260. Q. 3.*

Sed dubitatur 1. an possit Episcopus dispensare in voto castitatis à Conjugibus emisso post consummatum Matrimonium? Resp. Affirmativè cum *S. Ant. 3. p. tit. 1. c. 24. §. 2. in fin. Pal. p. 1. n. 16. Bon. p. 15. num. 5. Sanch. l. 8. D. 11. n. 3 et 4. et ibi Arag. Man. et Gutt. ac Salm. c. 14. n. 13. et ibi Aversa, et Corneio, contra Lopez, et alios. Ratio, quia votum hoc non est omnimodæ castitatis, cum nequeat obligare ad non reddendum debitum, nisi (bene advertit *Sanch. n. 4.*) emittatur ante consummationem, cum animo ingrediendi Religionem. Censent autem *Salm. d. num. 13.* etiam Vicarium Generalem Episcopi posse dispensare in hujusmodi voto, ex concessione generali, quam ipse habet ad omnes casus episcopales. In voto tamen castitatis Conjugum de mutuo consensu emisso solus Papa dispensare valet, ut communiter docent *Sanch. Spor. Anacl. etc. ap. Ferraris Bibl. v. Debitum Conj. n. 4.**

987. — Dubit. 2. an possit Episcopus dispensare, in voto castitatis emisso ante Matrimonium, ad petendum debitum? Negant *Less. l. 2. c. 40. n. 126. et Cajet. Sylo. Tol. ac Led. ap. Sanch. l. 8. D. 12. n. 2.* nisi adsit necessitas, puta periculum incontinentiæ. Sed communius, et valde probabilius affirmant *Sanch. n. 4. cum S. Ant. Soto, Val. Sa, Vega, Henr. et pluribus aliis, item Elbet o. 382. n. 71. Tamb. de voto. c. 17. §. 4. num. 54.* Auctor libri *Istruz. per i. Nao. Conf. p. 2. c. 15. nu. 31. Barb. Al. 37. num. 9. cum Sayr. Gutt. et Sylo, ex D. Th. ac Conc. t. 10. p. 344. in princ. cum Nao. et Henr. Ratio, tum quia lex reservationum est in ædificationem: esset autem in destructionem, si Pontifex vellet sibi reservare talem dispensationem cum tanto periculo quod communiter adest: tum quia (ut ait *Sanch.*) hæc facultas dispensandi conceditur Episcopis ex consuetudine, quæ jurisdictionem præbet ex. c. Cum contingat de Foro competit.*

An autem in hoc voto possint dispensare Confessarii Mendicantes? Communiter affirmant *Pal. D. 4. p. ult. §. 1. n. 18. Wigand. tr. 16. n. 160. Resp. 3. Sanch. l. 8. D. 16. n. 3. cum Cor-dub. Veracr. Palac. Manuel, et Henr. Cont. Tourn. t. 2. p. 244. cum Suar. et Laym. ac Salm. c. 14. num. 14. cum Gutt. Candido, Diana et Aversa.* Ethoc virtute Privilegiorum plurimorum Pontificum, quæ referemus infra n. 1128. et signarunt vi Privilegii S. Pii V vivæ vocis oraculo. Id admittit etiam *Pontius l. 8. c. 20. n. 12.* quando scilicet votum castitatis est emissum ante Matrimonium; negat verò si post Matrimonium contractum, quia, ut ait (et idem dicunt *Manuel, et Veg., ap. Sanch. n. 5.*) Privilegium S. Pii loquitur tantum de dispensatione voti emissi ante Matrimonium. Sed verius *Sanch. et Salm. l. c.* admittunt pariter de voto emiso post Matrimonium, quia, licet virtute Privilegii S. Pii non possint Regulares dispensare, possunt tamen virtute aliorum Privilegiorum, vi quorum valent ipsi dispensare in omnibus votis, in quibus Episcopi dispensare possunt jure ordinario, ut procul dubio Episcopi jure ordinario in eo voto dispensant, cùm tale votum non sit omnino castitatis; vide dicenda dict. n. 1128. An autem Regulares possint dispensare in impedimento affinitatis in ordine ad petendum debitum? Vide dicenda n. 1076. vers. *Insuper.*

Dubit. 3. an Episcopus, urgente necessitate, et periculo incontinentie, possit dispensare in Voto Castitatis ad Matrimonium contrahendum? Resp. affirmative: vide dicta *l. 3. de Voto n. 258. v. Notandum II.* Et ita tenent *Sanch. Dec. l. 4. c. 40. n. 34. cum Suar. Led. etc. item Salm. de Voto c. 3. n. 97. et Less. l. 2. c. 40. n. 127. cum Nao. Sot. et Sylo.* dummodo periculum sit in mora, et non sit facilis aditus ad Papam. Cæterum ante Matrimonium Episcopus, excepto voto castitatis, et sponsalibus cum altero initio, potest universè in aliis impedimentis impedientibus dispensare, sicut etiam in omnibus Matrimonio supervenientibus; *Croix, et Salm. c. 14. nu. 13. cum Pal. Bon. etc.* Vide dicenda n. 1126.

983. — « Dixi in Responione, *potissimum*: quia præter supra dicta, alia tria impedimenta numerantur.

« Primum est clandestinitas: Etsi enim valeat matrimonium clandestinè contractum, ubi Tridentinum non est receptum, non licet tamen sub mortali. Ubi autem *Trid.* est receptum, saltem quoad punctum matrimonii, est irritum, de quo sequenti dubio. « Secundum, omissione benedictionis: quia sine hac, et si valide, illicite tamen contrahitur matrimonium, saltem primum, ut ex c. *Nostates, et c. Sponsus q. 5.* docent. *Bon. qu. 4. p. 6. num. 2. Sanch. l. 7. d. 82. Sa. Henrig. Fill. etc.*, qui tamen concedunt non esse mortale. * (*Ut commun. docent Sanch. l. 7. D. 82. n. 9. Boss. t. 1. l. 9. c. 9. n. 9. Mazz. t. 4. p. 195. n. 3. cum communi et Escob. n. 649. cum Soto, Sa, Hurt. etc.*) * intellige, per se loquendo, nam per accidens ratione præcepti particularis, scandali, vel contemptus, ut si omittant nihil fa-

ciendo, ac si esset res vana, vel vile, ac puerile haerent ei se subjecere, docet *Per. d. 43. s. 10. n. 4.* posse esse mortale: Dixi *primum*: nam secundæ nuptiæ non benedicuntur, nisi primæ non fuissent benedictæ. Quod si autem alter conjugum sit viuus, alter verò primas nuptias celebret, aut saltem nunquam fuerit benedictus, et si jure antiquo non licuerit, nunc tamen quibusdam locis consuetudo habet, ut benedicantur; ut vid. *Bon. l. c.* Et patet ex *Agenda.* Debet autem fieri in templo a proprio Parocho, sine cuius licentia si quis faciat, manet ipso facto suspensus, donec absolvatur ab Ordinario Parochi, à quo benedictio erat accipienda.

989. — « Tertium, si contrahatur Matrimonium sine præviis proclamationibus, sine quibus, etsi valeat, non licet tamen sub mortali, ut habet communis (quanquam *Sanch. l. 3. d. 5. n. 7. et Gasp. Hurt. d. 5. n. 59.* putent, non esse mortale unam omittere, quando certum est inoraliter, nullum subesse impedimentum; sed contrarium docet *Per. d. 42. s. 1. num. 7. ex Con. et Pontio*) nisi Episcopus, vel ejus Vicarius dispensem, ut patet ex *Trid. s. 24. c. 1.* quod circa eas præcipit sequentia: 1. Ut fiant in Ecclesia, inter Missarum solemnia. Possunt tandem fieri in Oratorio, vel iuxta Ecclesiam, aliove loco, confluente magno populo. 2. Ut fiant a proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia. Ut fiant in Parochia propria, et quidem utriusque contrahentis, ut declaravit Congregatio. 3. Ut fiant tribus diebus festivis, non immediatis, continuis tamen, id est, qui feriatis quidem diebus, nullo tamen festo interpolentur. » *V. Bon. p. 2. q. 6.* »

990. — Plura dubia hic discutienda. Dubitatur 1. an peccet mortaliter Parochus, si assistat Matrimonio, omissis Denunciationibus, sine dispensatione Episcopi, quando jam per diligentiam certus factus fuerit nullum subesse impedimentum? Negant *Sotus, Machad. et Led. ap. Sanch. l. 3. D. 5. n. 3.* quia (ut aiunt), cessante adæquatè fine legis, cessat lex. Sed communissime et verius affirmant *Sanch. n. 6. Pont. l. 5. c. 30. n. 3. Bon. p. 6. nu. 7. Escob. n. 547. Boss. t. 1. v. 8. n. 3 et 14. Barb. All. 32. n. 2. Ronc. p. 153. q. 1. R. 1. et Salm. c. 8. n. 77.* cum aliis pluribus. Ratio, tum quia, esto per diligentiam Parochus impletum Tridentini, transreditur tamen diligentiae formam, quam Concilium præscribit; quod cùm sit in re gravissima, non excusat à mortali, nisi urgens adsit necessitas, quæ moram non patiatur; tum quia alias non adæquatè satisfit fini præcepti Denunciationum, nam diligentia Parochi non satis supplet effectum Denunciationum ad impedienda mala, quæ aliquin evenire possunt, eò quod, neglectis Denunciationibus, si supervenit impedimentum, filii reputantur illegitimi, etiamsi contrahentes impedimentum ignoraverint, ut habetur ex c. *fin. §. Si quis de Clandest. despont.* quando contra legitimi habitu fuissent, si præcessissent Denunciations, ut in c. *Ex tenore. Qui filii sint legit.* Præterea in *Trident.* *Sess. 24. c. 5.* contrahentibus sine Denun-

ciationibus adimitur spes de obtinenda dispensatione impedi-
menti, scilicet consanguinitatis, vel affinitatis (non autem pu-
blicæ honestatis ut declaravit S. C. ap. Farinac. prout resert
Bossius. n. 27.) Hoc autem quod dicitur de Denunciationibus fa-
ciendis ante Matrimonium; idem dicendum de obligatione eas
faciendi post nuptias contractas ante consummationem; ita rectè
docent *Sanch. l. 3. D. 11. n. 5. Pont. l. 10. c. 4. n. 2. Salm. c. 8. n. 94. Iau. p. 3. §. 5. n. 6. Escob. nu. 612. cum Palud. Trull. et Vill. ac Boss. c. 8. nu. 6. cum Nav. Laym. Con. Bon. Reg. Diana, etc.* (contra *Dic. Lop. et Led.*) Quia Concilium, juxta
textum mox supra allatum, æquè præcipit fieri Denunciations
ante Matrimonium, quām postea ante ejus consummationem. Et
bene addunt *Pontius. ac Pal. l. c. Boss. n. 7. Sanch. n. 5. cum Navarr. et Man. ac Escob. num. 614. cum Con. Trull. et Leand.* (contra *Henrig.*) Conjuges consummantes ante Denunciations
toties peccare graviter, quoties copulantur, quia toties copulantur
cum eodem periculo fornicationis; Unde oppositum mihi videtur
dicendum, si ipsi certi essent nullum subesse impedimentum,
quia, violato jam præcepto Tridentini, per consummationem,
illud amplius non urget. (*V. Not. II. pag. 329.*)

An autem, omittere unam Denunciationem sit mortale? Pa-
riter affirman *Pont. l. c. ac Pal. Con. et Leand. ap. Escob. n. 549.* Sed probabiliter negant *Sanch. n. 7. Boss. l. c. et Escob. n. 550. cum Fill. Bard. Gutt. Led. Diana. Veracr. et Vill.*, quia
respectu ad totum præceptum videtur gravis materia. Imò *Salm. c. 8. n. 78. cum Trull. Reb. et aliis*, putant nec esse mortale, si
etiam, duæ Denunciations omittantur; sed huic probabiliter
contradicit *P. Conc. p. 298. n. 4.*

991. — Dubit. 2. an Denunciations debeant fieri in Ecclesia, et inter Missarum solemnia? Revera sic præscribitur in Tri-
dent. *Sess. 24. cap. 1.* et in Missa Parochiali, vel Conventuali,
arbitrio Parochi, etiam contradicente Capitulo, ut declaravit
S. C. Vide *Zachar. ap. Croix l. 6. p. 3. n. 474.* Sed probabiliter
dicunt *Sanch. l. 3. D. 3. n. 9. Barb. All. 42. c. n. 15. et Ronc. pag. 163. q. 1. R. 2.* posse etiā fieri in Ecclesia tempore Con-
cionis, vel Processionis. Imò *Wigandt tr. 16. n. 96. v. Quid, Sanch. l. c. Laym. c. 4. n. 20. Barb. in c. l. Trid. n. 21. Boss. c. 7. n. 13. Escob. n. 558. cum Fill. Vill. Dian. Trull. etc.* (contra
Pont. l. c. n. 6. et Hurt. Led. Posse.) aiunt posse fieri extra Ec-
clesiam in loco magni concursus, quia sic jam obtinetur finis Con-
cilii. Idque probabile videtur, saltem sine mortali, etsi adsit alia
qua causa, sine ulla culpa.

Notat autem *Boss. c. 7. n. 99. cum Marchino*, quòd tempore
pestis, si nequeant fieri Denunciations in Ecclesia, et non pos-
sint induci Sponsi ad Matrimonium differendum, tunc Episco-
pus potest vel permittere ut fiant Denunciations per vocem
præconis, aut per Edicta loco publico affixa, et hoc in quocumque
die; vel eas remittere, et ad id etiam tenetur, si urgeat neces-
sitas, juxta dicenda n. 1005. Quòd si nequeat adiri Episcopus,

Parochus bene potest, et justa urgente causa etiam tenetur
Sponsos conjungere, postquam sit certior factus nullum subesse
impedimentum. (*V. Not. III. pag. 329.*)

Dubit. 2. in qua Parochia debeant fieri Denunciations? Cer-
tum est faciendas esse in Parochia utriusque contrahentis, utdi-
cunt communiter cum *Busemb. Sanch. lib. 3. D. 6. num. 4. Lay-
mann c. 4. n. 9. Pal. n. 13. §. 3. n. 2 et alii passim*; quia sic fert
consuetudo. Excipiunt *Laym. cap. 4. n. 10. Boss. cap. 7. num. 18.*
et *Salm. c. 8. num. 72. cum Dicast.* nisi Parochiae essent valde
propinquæ. Sed dubium fit ubinam facienda Denunciations,
si alter Sponsorum de brevi moratur in aliquo loco? *Pont. l. 5. c. 30. n. 5.* putat sufficere, si fiant in loco ubi ille actu degit. Sed
longè probabilius *Sanch. n. 6. Con. D. n. 60. Barbos. All. 32. n. 11. Ronc. p. 153. q. 1. R. 3. et Escob. n. 556. cum Gutt. Henr. Reg. Ochag. etc.* ex *Declar. S. C.* dicunt omnino fieri debere in
Parochia unde discessit, quia Denunciations ideo fiunt, ut im-
pedimenta manifestentur, ac propterea oportet eas fieri, ubi
Sponsi diutius sunt commorati. Et hic notandum, quòd si alter
Sponsorum sit externus, Parochus non debet facere Denunciations,
nisi postquam ipse per fidem authenticam probaverit sta-
tum liberum coram *Ordinario*, ut habetur ex *Instructione S. C. S. Officii*, quæ observatur *apud Genet. ad calcem in Tract. de Matr. t. 5. et apud Pitton. de Matr. n. 1734.* Et plures declaravit S. C. Denunciations necessariò faciendas in loco originis,
ut resert *P. Zacharia apud Croix l. 6. p. 2. n. 476.* Quoad Vagos
autem Tridentinum sess. 24. c. 7. præcipit Parochis non assistere
eorum Matrimoniis, nisi post diligentem inquisitionem adhibi-
tam, et nisi priùs ab Ordinario licentiam assistendi obtinerint.
Hinc rectè ait *Ronc. p. 168. q. 4.* in fine, quòd graviter peccaret
Parochus, si tale præceptum non servaret, esto alioquin Matri-
monium esset validum, cum Concilium nullam irritantem clau-
salum apposuerit. Vide alia dicenda circa Vagos n. 1089.

992. — Dubit. 4. in quibus diebus possint fieri denunciations? In Trid. sess. 24. c. 1. præscribitur, ut fiant tribus continuis
diebus festiōis. Praxis fert (prout ait *Ronc. p. 153. q. 1. R. 2.*)
ut Denunciations fiant tribus diebus festiōis continuis, ita tamen
ut non intercedant alii dies festi, sed non immediatis (nempe
tribus Festis Paschatis), ut sentiunt ipse *Ronc. et Barb. All. 32. Sanch. l. 3. D. 6. n. 8. Pont. lib. 5. c. 39. n. 8. et alii*, quia tem-
pore tam brevi non satis obtineretur finis Concilii. Ac probabi-
liter dicunt *Salm. c. 8. n. 75. cum Trull. Hurt. Reg. Leand., etc.*
posse fieri etiam in tribus festis immediatis, quia in Concilio di-
citur *continuis diebus festiōis*, nec ibi excipitur, quòd non sint
immediati. Et sic pariter dicunt *Salm. l. c. cum Trull. Aversa.*
et *Leand.* (citant etiam *Bon. Con. et Dian.*, sed non bene, ut
mox videbimus) posse fieri Denunciations tribus diebus festiōis
discontinuis, modo plures dies festi non intercedant, quia sic suf-
ficienter jam satisfit intento Concilii. Sed verius *Sanch. l. 3. D. 5. n. 8. Pal. p. 13. §. 3. n. 4. Bon. p. 6. n. 19. et Escob. n. 508.*

cum Con. Vill. Dian. Machad. et Reg. censem id non esse quidem mortale (contra Henr.) quia non videtur gravis transgressio, sed non excusari à veniali, quia jam transgreditur præscriptum Concilii.

An autem possint fieri Denunciationes diebus ferialibus, si ex aliqua causa fieret magnus concursus in Ecclesia? Negant Pont. l. 5. c. 30. n. 7, et Fill. Leand. Hurt. et., apud Escob. n. 560. ex Decl. S. C. Sed probabiliter affirmant Sanch. l. 3. D. 6. n. 10, Bonac. p. 6. n. 10, Barbos. Alleg. 32. n. 15, Boss. cap. 7. n. 6. cum Laym. Reg. et Possev. et Escob. n. 562. cum Ochag. Reg. et Gutt. ex alia contraria Declar. S. C. apud Ochag. quia sic jam satis impletur finis Concilii. Saltēm probable est id pesce fieri sine culpa gravi, ut diximus n. 991. de Denunciationibus factis extra Ecclesiam in loco magni concursus.

993. — « 1. Licet statim post ultimam proclamationem contrahere, etiam eadem die: non licet autem differre ultra 4 menses, intra quos si non contrahant, repetendas esse denunciations declaravit Congreg. in sess. 24. cap. 1. de Reform. » (Et Salm. c. 8. n. 75. cum Pontio, et Leand.) * Imò Rituale Romanum duos tantum menses permittit, intra quos si non contrahatur, jubet repeterē denunciations, nisi videatur aliud Episcopo. (V. Not. IV, pag. 329.)

994. — « 2. Post proclamationes tenetur sub mortali, qui novit impedimentum, illico denunciare, quantumvis secretum esset, ad impedienda gravia mala, v. gr. incestum, sacrilegium, etc. Si tamen inde alteri periculum infamiae nasceretur, is ex charitate prius esset momendus, ut à Matrimonio desisteret. Sanch. l. 3. d. 13. Fag. p. 2. l. 6. c. 5. Henr. Laym. l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 8., etc. commun. contra Pontium, d. 5. q. 6. qui negat teneri denunciare, si sit occultum. Idemque tenent Mart. Perez d. 43. s. 6. n. 1 et seq., sed cum hac limitatione, si tantum audiverit, et nesciat à quo, vel si pro foro interno sit dispensatus, vel si metuat magnum scandalum, aut periculum, vel si sciat contrahentes esse in bona fide.

Certum est 1. quod si impedimentum possit per testes probari, quilibet illud sciens denunciare tenetur, sive impedimentum sit dirimens, sive impediens, esto sit occultum et infamatorium, neque quod ortum habuerit ex peccato; ita Pal. p. 12. §. 6. n. 1. Pont. l. 5. c. 36. n. 3, Boss. t. 1. c. 7. n. 158. et Salm. c. 8. n. 95. cum Trull. Ac. Dic. et commun. Quivis enim tenetur manifestare peccatum occultum alterius quod est tertio nocivum, quando Prælatus legitime id præcipit prout præcipit Episcopus imponens (dum fiunt Proclamationes) omnibus conscientiis alicujus impedimenti, ut revelent, et tenentur revelare etiam ii qui noverint impedimentum sub secreto naturali, et adhuc cum juramento non propalandi, ut dicunt Sanch. l. 3. D. 16. n. 6, Escob. n. 622. cum Pal. et Card., Boss. n. 176. cum Barb. et Fag. ac Salm. cum aliis, ex D. Th. 2. 2. q. 33. ar. 8. ad 1. ubi docet promissionem et iuramentum non obligare, quando imminet damnum Communitatii,

vel tertie personæ, prout in nostro casu utrique damnum imminet. Advertunt tamen præfati AA. antequam fiat denunciatio, præmit tendam esse correptionem fraternalm, et etiam pluries, nisi probabiliter non sit profutura; modò periculum non sit in mora. Certum est 2. quod si impedimentum sit occultum, et jam fuerit pro eo obtenta dispensatio quoad forum internum, illud sciens non tenetur denunciare: securi si adisset publica tama de impedimento, et dispensatio esset occulta, ut Sanch. l. 3. D. 14. nu. 4. Boss. n. 167. et Pal. l. c. n. 2. Certum est 3. quod si noveris impedimentum ex auditu, sed non recordaris à quo, vel si accepisti à persona non fide digna, non teneris denunciare; Sanch. n. 7. Pont. n. 1. Pal. n. 3. cum Gutt. et Farinac. ac Boss. n. 164 et 166. cum Nav. Con. Bon. Fill. Cord. et Hurtad.

993. — Sed dubitatur 1. Ab, si tu solus impedimentum noveris, nec possis probare, tenearis illud denunciare? Prima sententia, quam tenent Pontius l. 5. c. 34. à n. 6. Dian. 3. p. tr. 4. R. 221. ac Sa. Major, et Gabr. apud Salm. c. 8. n. 97. negant, quia nemo tenetur denunciare impedimentum quod probare non potest; unde sic argunt: Aut sponsi sunt in bona, vel in mala fide; Si in bona non peccant contrahendo Matrimonium; Si in mala, nihil proficies, cum testimonium unius non sufficiat ad nuptias impediendas. Secunda verò sententia communissima et verior affirmat teneri, si commode potes, eamque tenent Sanch. l. 3. D. 13. num. 2. Pal. p. 12. §. 6. num. 5. cum Hurt. Con. Henr. Coo. et Hurt. Escob. l. 25. n. 625. cum Laym. Bon. Barb. Fag. Arag. et Lop. Boss. n. 173. cum Fill. et Reg. ac Salm. n. 97. cum Dic. Trull. Leand., etc. Ratio, quia, si Sponsi sunt in mala fide, bene proficiet revelatio ad vitandum peccatum, cum testimonium unius de impedimento satis est ad Matrimonium impediendum, ut diximus n. 878. dub. 1. et mox fusiū probabimus in dub. seq. Si verò in bona fide, proficiet saltem ad reparandam injuriam materiale Sacramenti. Diximus, si commode potes, nam cum tuo gravi damno, aut aliorum scandalo, non teneris denunciare, cum neque lex Ecclesiastica, neque præceptum correctionis obliget cum gravi incommodo, aut scandalo aliorum.

996. — Dubit. 2. An sufficiat unus testis de impedimento, ut Episcopus prohibeat contrahi Matrimonium? Adsunt quatuor sententiæ. Prima sententia, quam tenent Pont. l. 5. c. 34. n. 8 et 9. atque c. 36. n. 2. et Diana p. 3. tr. 4. R. 12. dicit sufficere si impedimentum ortum habeat ex crimen; si verò non provenierit ex peccato, sed ex cognatione carnali, aut spirituali, requiri duos testes fide dignos, nisi adsint alia adminicula quæ plenam faciant probationem. Secunda sententia omnino opposita, quam tenent La Croix l. 6. p. 3. n. 215. dicit, quod si impedimentum non sit ob crimen, sufficiat ad impediendum unus testis fide dignus; si verò ob crimen, requiruntur saltem duo, quia tunc agitur de præjudicio tertii, adversus quem nequit ferri judicium sine plena probatione. Tertia sententia, quam tenent Con. p. 201. n. 12. et Salm. c. 8. nu. 106 cum Trull. Dic. Aversa, etc. dicit

sufficere unum testem quaecunque sit impedimentum, modò testis ille sit omni exceptione major, et deponat ex certa scientia. *Quarta* demum sententia communissima, et verior, quam tenet *Sanch. t. 1. D. 71. Panorm. in c. Super eo. de Test. Nao. Man. c. 2. n. 83. Ronc. p. 154. qu. 7. R. 1. Pal. p. 32. n. 3. cum Con. Covarr. et Mascard. ac Boss. tom. 1. c. 7. n. 133. cum Host. Sylvest. Gutt. Farinac. Barb. Piac. Comit. Hurt. etc. absolutè docet, sufficere unum testem ad impedientium Matrimonium, etiamsi non sit omni exceptione major, modò habeat qualitates infra explicandas. Id prouatur 1 ex c. *Super eo de Test. et attest.* ubi sic habetur: «Matre asseverante (*intellige alterius Sponsorum*) ipsos esse consanguineos, non debent conjungi, quia præsumptio est non modica, quod se linea consanguinitatis attingant. Si verò Matrimonium est firmatum, non debet sine plurimum juramento dissolvi.» Probatur 2. ex c. *Præterea. 12. de Spons.* ubi, cùm quidam vir cupiebat contrahere Matrimonium, ejus consanguineus asserebat eum cum Sponsa coivisse, respondit Papa: «Ut matrimonium ipsum fieri, nisi juramentum intervenisset, districtè prohibeas, ne deteriorius inde contingat.» Ex quo textu rectè inferunt *Sanch. n. 3 et 4. cum Mascard. et Alex. de Nevo; ac Boss. n. 142. cum Panorm. Gutt. et aliis supra citatis*, hoc procedere, etiamsi testis accusator, vel denunciator, et etiam sit criminósus, suamque turpititudinem alleget. Ratio nostræ sententiae est, quia, licet quando agitur de præjudicio tertii, plena requiratur probatio, attamen cùm híc agatur de vitando periculo Animæ, nempe si forte Matrimonium contraheretur cum impedimento, minori probatione jus contentum est. Secus verò dicendum, ut bene aiunt *Sanch. n. 8. cum Panorm. et Boss. n. 155. cum Gutt. contra Palud.* si agatur de præjudicio tertii, et non agitur de peccato vitando, puta si testis allegaret fornicationem Sponsæ, vel quid simile, tunc enim bene requiri plena probatio ex c. *Licet, cap. Veniens et c. Omni de Testam.**

997. — Quamvis autem (ut diximus) ad impedientium matrimonium non requiratur, ut testis sit omnino integer, requiritur tamen I. ut ipse non tantum denunciet, sed etiam deponat, esto sponte se offerat ad deponendum, ut dicunt *Sanch. dict. D. 71. n. 10. cum Alex. de Nevo, et Boss. n. 146. cum Gutt.* Nisi talis testis denunciando probaret de fama impedimenti, ut aiunt iidem AA. ex c. *Non in duo de Spons.* quia tunc sufficit, ut tantum denunciet, quin deponat. II. Ut deponat cum juramento; *Ronc. loc. cit. Sanch. num. 12. cum Host. Panorm. Palud. Præ. Lop. etc. Pal. p. 32. n. 4. cum Covar. et Gutt., ac Boss. num. 147. cum Coninc. Barbos. et Hurt.*, quia in iis que sunt in præjudicium tertii, non creditur testi nisi jurato, ex c. *Tua. de Cohabitat. Cleric. III.* Ut deponat non ex auditu, sed ex certa scientia, ut *Roncag. ib. Sanch. n. 12. cum Abb. Coo. Præp. etc. Pal. d. n. 4. cum Con. et Gutt. ac Boss. n. 284. cum Navarr. et Riccio.* Excipiunt tamen AA. citati, et *Salm. c. 8. n. 107. ex c. Licet de Testib.*

nisi impedimentum sit consanguinitatis vel affinitatis; tunc enim sufficit, ut testis deponat se illud audisse a duobus fide dignis, et maximè a consanguineis Sponsorum, qui magis sunt idonei ad probandam vel negandam consanguinitatem, ut *Boss. n. 152. cum aliis. IV. Denum requiritur ut testis ille non sit persona vilis, dummodo factum non sit ita occultum, ut nequeat probari; nisi per vilen personam, quia ubi deest facultas probandi, admittitur probatio etiam per se non sufficiens; ita Pal. I. c. cum Menoch. Boss. n. 145. cum Gutt. et Sanch. n. 13. cum Panorm. et communi; contra Goffred.*

998. — *Dubit. 3.* An si sponsalia fuerint jurata, sufficiat unicæ testis deponens impedientium Matrimonium? Negant *Glossa in c. Præterea de Sponsal. v. Nisi, ac Palud. Henr. Lop. etc. ap. Sanch. l. 1. D. 71. n. 9.*, quia in præfato textu *Præterea* supra allato expressè dicitur non sufficere unum testem, si sponsalia sint jurata. Sed probabilius affirmant *Sanch. l. c. cum Coo. et Veracr. Pal. p. 32. num. 6. cum Gutt. et Masch. ac Boss. c. 7. num. 144. cum Host. Præp. Hurt. etc.* modò testis ille sit fide dignus, et deponat ex certa scientia. Ratio, quia, si fama impedimenti bene sufficit ad dissolvenda sponsalia, ut habetur ex c. *Super eo. de Consanguin.* tanto fortius debet sufficere testis integer, qui efficaciùs probat, quam sola fama; idque certum esse apud omnes testantur *Pal. n. 6. et Sanch. l. 2. D. 45. n. 27.* Ad textum autem oppositum in cit. c. *Præterea*, rectè respondent *Panorm. in d. c. Super eo, atque Sanch. Pal. et Boss. II. cc.* quod in casu textus præfati non esset testis ille omnino integer, tum quia allegabat turpitudinem suam, tum quia nondeponebat in forma testimonii.

999. — Notandum autem híc, quod fama impedimenti satis sit ad impedientium Matrimonium, ut expressum habetur in c. *Super eo. de Consang.* Nisi fama infirmetur juramento Consanguineorum, ut excipiunt *Sanch. l. 1. D. 71. n. 18. et Pal. p. 32. n. 7. cum Abb. Gutt. etc., ex c. Cum in tua. de Spons.* Imò addit *Sanch. l. c.* quod juramentum ipsorum contrahentium etiam valeat adversus famam arbitrio Judicis. Probabilius autem censem *Pal. dict. n. 7. cum Gutt. (contra Palaum)* in probationem famæ oportere, ut testis denunciet cum juramento, cùm ipse *Sanch.* facetur (ut supra dictum est num. 997 ad II.) in judicio non credi testi non jurato, ubi agitur de præjudicio tertii. *Præterea* notandum, quod notitia privata famæ non sufficiat Judici, ut possit nuptias impedire, sed tantum ut possit inquirere de impedimento, ita communiter *Sanch. n. 15. Pal. l. c. cum Gutt. et Boss. c. 7. n. 128. cum Innoc. Barb. et aliis.* An autem possit Judex impedire Matrimonium, si sciat privatum impedientium esse notarium? Negat *Pal. ib. cum Gutt.* dicens requiri, ut talis notorietas sit probata in judicio: nam alias notitia esset privata, ex qua Judex nequit ferre judicium. Hæc opinio probabilis videri posset alicui ex eo quod Judex debet judicare secundum allegata et probata, *juxta dicta Tom. 4. l. 4. n. 208.* Sed probabilior est

mihi sententia affirmans, quam tenent *Sanch. num. 16. cum Glossa in l. 1. C. Qui ado. quos, etc. ac Boss. nu. 127. cum Bart.*, quia alias Judex, pronunciando sententiam de Matrimonio contrahendo, cooperaretur ad ineundum Matrimonium nullum, quod esset intrinsece malum.

1000. — « 3. Contrahens ipse, legitimè interrogatus de impedimento occulto, tenetur illud fateri, vel Matrimonio absinere, nisi dispensationem pro foro conscientiae acceperit : tunc enim fateri non tenetur, nisi Judex aliunde habet sufficientem probationem. *Sanchez, Sylo. Laym. l. c. n. 10. V. Bon. l. c. Perez d. 43. s. 7. n. 2.** (Ita communiter *Sanch. l. 3. D. 14. n. 2. Pont. l. 5. c. 33. n. 1. et Boss. c. 7. n. 182 et 188 cum Laym. Con. Fill. etc. An autem sponsi teneantur fateri copulam incestuosam, si in Dispensatione adsit clausula : Nisi copula fuerit habita? Vide dicenda num. 1135.)**

1001. — « 4. Parochus, cognito impedimento, tenetur prohibere Matrimonium, et remittere ad Episcopum, vel ejus Officiale, neque potest assistere. *Sanch. l. 3. de 15. Matr. Perez d. 43. s. 7. n. 9. etc.** (cum *Salm. c. n. 8. nu. 103. et communi*)* contra Pontium. Nisi tamen ex sola confessione nosset; tunc enim nullo modo posset negare Matrimonium, sive publice sive privatim petenti, neque illum admonere officii extra confessionem, licet in confessione posset, ac deberet. Et tunc, si quidem sine magno scandalo à Matrimonio non possent desistere nec vellent, suadere ut contrahant communi consensu, sub conditione, si Papa dispensem, animo tantisper cohabitandi ut fratres (non autem quoad torum) donec accedat dispensatio, et iterum contrahant. Ita ex *Beja*, et *Pont. l. 5. c. 35. Per. l. c.* qui addit, si id omnino nolint, persistantque petere, debere Parochum assistere. »

1002. — Dubit. 1. an Parochus, si ipse solus noverit impedimentum, teneatur impedire Matrimonium publicè petitum? Si impedimentum denunciatur ab aliis, certum est ex *c. fin. de Cland. desp. teneri* Parochum interdicere nuptias, et rem ad Ordinarium deferre, ut ille cognoscat. Dubium fit, si solus Parochus impedimentum sciat extra Confessionem, an possit et tencatur nuptias impedire? Negat *Pont. l. 5. c. 35. n. 5 et 6. eadem ratione ductus, ut dixi supra in Dub. 1. n. 995*, quia nemo tenetur denunciare quod probare non potest. Affirmant tamen verius *Sanch. l. 3. D. 15. n. 11. Boss. c. 7. n. 193. Ronc. p. 154. p. 7. R. 2. Pal. p. 2. §. 7. nu. 3. Coo. et Gutt. ac Escob. num. 628. cum Henr. Hurt. etc. Ratio*, quia si quilibet tenetur (ut diximus d. n. 995.) impedimentum revelare, etiamsi ipse solus illud sciat, à fortiori tenetur Parochus, cui ex officio incumbit consulere saluti suarum ovium. Nec obstat, quod peccatori occulto, publicè petenti Sacramentum, illud non sit denegandum; nam respondetur cum *AA. cit. quod hoc procedat, quando impedimentum dumtaxat reddit illicitam Sacramenti susceptionem; secus verò, si impedimentum (præter susceptionem) præbet occasionem aliorum dannorum et culparum.*

Dubit. 2. an Ordinarius, qui solus conscius sit impedimenti, teneatur Matrimonium impedire? *Sanch. l. 3. D. 15. nu. 11. Pont. l. 5. c. 35. n. 5 et Pal. p. 12. §. 7. n. 4. cum. Hurt. Con. et aliis*, sentiunt eum nec teneri, nec posse, quia nemo potest esse Judex et testis. Sed probabilitas affirmant *Bon. p. 301. n. 11. Escob. nu. 634. cum Leand. Bon. cap. 7. num. 205. cum Con. et Hurt. et Salm. cap. 8. nu. 104. cum Avers. Trull. Dicast. etc. Ratio*, tum quia bene potest esse aliquis Judex et testis, quando agitur de peccato impediendo; tum quia eo casu saltem potest ipse Ordinarius deferre impedimentum ad Judicem Superiorem, et etiam ad suum Vicarium, (ut aiunt *Salm. cum AA. cit. d. n. 104.*) ut ille judicium proferat; Et ad hoc ipse Episcopus tenetur, ut impedit peccata quæ ex Matrimonio invalido orirentur.

1003. — « 5. Potest Episcopus, vel ejus Vicarius, non autem Decanus Ruralis dispensare, vel ut una tantum fiat proclamatio; vel ut fiant post contractum subito factum coram Parocco, et testibus, ante consummationem; vel etiam ut plenè omittantur, si justa causa subsit, v. g. timor, ne aliqui malitiosè impediatur Matrimonium, pudor contrahentium, senium, inconstititia, statu disparitas, metus scandali, infamia, inconvenientia, etc. *Bon. l. c.*

« 6. Etsi, quando per dispensationem contractum est Matrimonium, ante proclamationes postea faciendas conjux non tenetur, nec debeat alteri reddere debitam, priusquam factæ fuerint; quando tamen certi sunt nullum subesse impedimentum, non peccare mortaliter consummando, tenent *Sot. Led. Texed. contra Sanch. apud Dian. p. 9. t. 8. R. 19.*

« 7. Etsi Parochus dispensare non possit, potest tamen in casu necessitatis per epikēiam declarare, præceptum hoc hic et nunc non obligare; v. g. si moriturus concubinam velit ducere, et prolixi legitimatiōem. » *Bon. l. c. ex Sylo. Sanch. etc.*

1004. — Quoad dispensationem Denunciationum, observa quæ habentur in *Trid. sess. 24. cap. 1.* ubi : « Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio Matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint Denunciations, tunc vel una tantum Denuncatio fiat, vel saltem, Parocco, et duobus vel tribus testibus præsentibus, Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem Denunciations in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ Denunciations remittantur : quod illius prudentia et iudicio S. Synodus relinquat. »

1003. — Quamvis autem à Concilio *l. c.* concedatur Episcopo facultas dispensandi in Denunciationibus, ob solam causam si timeatur quod Matrimonium injustè impediatur, tamen communiter dicunt DD. quod etiam ob alias justas causas Episcopus potest, et quandoque tenetur in Denunciationibus dispensare; licet enim Concilium unicam dumtaxat assignasset, eam tamen exemplificative, non taxativa proposuit; præterquam quod rem

hanc statim postea prudentiae Ordinarii reliquit; ita *Sanch.* l. 3. D. 7. n. 1. *Pont.* l. 5. c. 32. num. 1. *Cabass.* l. 3. c. 20. nu. 2. *Pa.* p. 13. §. 4. num. 8. *Barb.* *All.* 32. num. 27. *Ronc.* p. 154. q. 4. *R.* 2. *Conc.* p. 300. n. 7. *Wigandt.* tr. 16. n. 96. v. *Dico.* *Escob.* l. 25. n. 587. *Salm.* c. 8. num. 89. et *Boss.* t. 1. c. 7. n. 34. cura aliis (contra *Cefal.* et *Borell.*) et ita pluries declaravit S. C. Concilii, ut referunt *Escob.* num. 586. et *Boss.* l. c. qui præsertin⁹ ex *Bellar.* in d. cap. 1. *Trid.* has Declarationes afferit: « Denunciations possunt omitti non solum ex causis hic expressis, sed ex aliis bene visis Episcopo, qui has Denunciations potest remittere etiam post Matrimonium contractum, et ante summationem. » Item in alia Declaratione: « Episcopus potest has omnes Denunciations remittere, etiamsi non sit rationabilis suspicio, quod possit Matrimonium impediri, quia relinquit quitur suæ prudentiæ. »

Docent etiam communiter DD. quod, si oporteat ad vitandum grave damnum commune vel privatum, spirituale aut temporale, et adhuc si expediatur ad notabile bonum spirituale aut temporale Communitatis, vel alterius privati, Episcopus non solum potest, sed etiam tenetur dispensare; ita *Sanch.* l. 2. D. 10. n. 5. *Pont.* 2. n. 6. *Barb.* n. 51. *Pal.* §. 5. n. 1. *Ronc.* l. c. R. 1. cum *Gutt.* *Boss.* num. 103. cum *Con.* *Bon.* *Fill.* et *Hurt.* Hujusmodi igitur causæ ob quas Episcopus tenetur dispensare, sunt I. Si adsit probabilis timor, ne Matrimonium malitiosè impediatur juxta sensum Tridentini. II. Si matrimonium sit necessarium ad vitandum damnum, sive infamiam contrahentium, vel prolixi, nempe si concubinarii reputabantur conjuges, vel si præcesserit defloratio, et timeatur ne vir mutet voluntatem; item si alter Sponsorum esset in articulo mortis, et esset proles legitimanda; *Sanch.* n. 6. *Boss.* n. 103. *Ronc.* l. c. cum *Barb.* III. Si immineat periculum animæ corporis, aut fortunæ, *Sanch.* et *Ronc.* ll. cc. *Boss.* n. 93. IV. Si Sponsus statim sit longè profecturus, et urgeat necessitas contrahendi ob unam ex causis supra descriptis, *Boss.* n. 90. V. Si parentes, vel Tutor prætendant, ut virgo nubat indigno; *Escob.* num. 587. cum *Cajet.* VI. Addit *Ronc.* l. c. si immineat tempus Adventus, vel Quadragesimæ, et alias urgeat periculum incontinentiæ, vel gravis præjudicii. Ratio hujus videtur esse, quia non licet consummare Matrimonium ante Benedictionem nuptialem. Verum (juxta nostram sententiam allatam n. 984. *Dub.* 2.), cum nulla sit culpa ante Benedictionem consummare, melius dicendum est, posse propter hanc causam Episcopum dispensare, sed non teneri, ut dicunt *Barb.* *All.* 32. num. 48. cum *Con.* *Reg.* *Ugol.* etc. et *Boss.* n. 87. cum *Sanch.* *Pont.* *Salsedo*, et *Hurt.* Cæterum bene ait *Ronc.* teneri Episcopum dispensare ob quamcumque aliam causam, quæ prudentis iudicio urgens videatur.

1006. — Causæ vero ob quas Episcopus non tenetur, sed potest dispensare, sunt I. Si nuptiæ sint contrahendæ inter Magates, quia horum conjugiæ non fiant nisi magna præcedente consideratione. II. Si Sponsi sint valde senes, aut valde disparei

conditione, ætate, divitiis, aut qualitate. III. Si certò moraliter constet nullum adesse impedimentum; ita *Sanch.* l. 3. D. 9. ex n. 3. *Barb.* *All.* 32. n. 41. *Bon.* q. 2. p. 6. *Boss.* ex n. 79. *Pat.* §. 5. n. 8. *Pont.* l. 5. c. 32. n. 6. *Cabass.* l. 3. c. 20. num. 3. *Fill.* tr. 10. c. 5. *Salm.* c. 8. n. 89, licet non omnes hi AA. omnes dictas causas exprimant. Præterea notant hic *Ronc.* et *Barb.* ll. cc. cum aliis, quod Episcopus possit in Denunciationibus dispensare etiam cum altero Sponsor non sibi subdit, sicut enim potest eum cum subdito conjungere, ita etiam dispensare. Et hanc esse consuetudinem testatur *Roncaglia* qui addit quest. 3. eamdem facultatem dispensandi habere Praelatos, qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent. Hic autem notandum, quod Episcopus dispensando in Denunciationibus semper tenetur diligenter aliunde inquirere de impedimentis, nisi communiter constaret non adesse.

1007. — Dubit. 1. an Vicarius Generalis Episcopi possit in Denunciationibus dispensare? Negant *Pont.* l. 5. c. 31. num. 5. *Dian.* p. 5. t. 4. R. 263 et *Gomez.* *Menoc.* et *Henr.* ap. *Escob.* n. 570. ex Concilio Toletano, et Concil. Medioli. ac Declar. S. C. an. 1591. ap. *Henr.* Sed affirmant communius et probabilius, *Sanc.* l. 3. D. 7. n. 10. *Pal.* p. 13. §. 4. n. 2. *Bon.* p. 6. n. 7. *Wigandt.* tr. 16. n. 96. v. *Dico.* *Ell.* p. 386. n. 81. *Barb.* *All.* 32. n. 29. *Ronc.* p. 153. q. 3. R. 1. (qui asserit cum *Gutt.* et *Sperelli*, ex antiqua consuetudine Vicarios semper in hoc dispensasse) et *Escob.* n. 572. cum *Nao.* *Con.* *Fill.* *Borb.* et *Hurt.*, quia Vicarius facit unum tribunal cum Episcopo. *Boss.* autem et *Esc.* dubitant de authenticitate oppositæ *Declar.* S. C.

Dubit. 2. an Parochus possit aliquando dispensare in Denunciationibus? Affirmant *Vega.* *Marchant.* *Viavid.* *Led.* et *Verarc.* ap. *Esc.* n. 603. et alii ap. *Salm.* c. 8. n. 84. qui n. 86. satis probabile putant, casu quo (ut aiunt) urgeat necessitas, et non possit adiri Episcopus, qui alias teneretur tunc dispensare ob aliquam ex causis descriptis n. 1006. Verius tamen, et communiter negant posse Parochus dispensare *Sanch.* l. 3. D. 7. n. 17. *Pal.* p. 13. §. 4. n. 3. *Pont.* l. 5. c. 1. n. 2. et *Escob.* n. 605. cum *Nao.* *Laym.* *Con.* *Vill.* etc. Ratio, quia revera Parochus nullam habet jurisdictionem in foro externo. Valde probabiliter tamen dicunt *Sanch.* l. 3. D. 10. à n. 15. *Laym.* c. 4. n. 11. *Croix.* l. 3. p. 6. n. 494. *Elbel.* p. 386. n. 82. et *Ronc.* p. 153. q. 3. R. 2. cum *Gob.* quod esto Parochus non possit dispensare, tamen in casibus, in quibus Episcopus dispensare tenetur, et adiri non possit, periculumque sit in mora, poterit declarare præceptum proclamation non obligare, modo certus sit nullum adesse impedimentum. Imò in hujusmodi casibus censem *Buss.* supra n. 1003. ad n. 7. *Pont.* l. 5. c. 32. n. 8. *Boss.* n. 108. cum *Hurt.* *Salm.* c. 8. n. 92. cum *Pal.* *Trull.* *Dic.* *Sanch.* *Con.* *Gutt.* ac *Escob.* n. 608. cum *Sot.* *Lop.* *Led.* etc. posse ipsos Sponsos, si certi sint non esse impeditos, nuptias inire sine Denunciationibus. Dicit autem *Boss.* n. 115. quod si in talibus casibus Episcopus injustè neget dispensationem,